

**www.e-rara.ch**

**Ioannis Marianae E Societate Iesv Scholia In Vetvs Et Novvm  
Testamentum**

**Mariana, Juan de**

**Parisiis, M. DCXX**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-125142>

Epistolam ad Titum.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

sic puto contra hęc, ne, sumi, pro, si. Sensus, Corrippe mansuetę illos, si fortę aliquando conuertantur. Gręcum *μη ποτε* significat sępe, si quando.

## CAPVT III.

**T** Empora periculosa, seu dura instabunt in nouissimo. Erunt homines

3. *Sine affectione*. s. amoris. Nulli homini amici. *Sine pace* *ἀσπονδοι*, sine sędere. i. infociabiles. *Criminatos*, seu calumniatos *διδασκοι*, *Sine benignitate*, *ἀφιλάγαδοι* hostes rerum bonarum. Sicut

8. *Iannes & Iambres*, Gręc. Iannes & Iambres. Hęc sunt nomina magorum, qui in Ægypto Mosis restiterunt, sumpta ex lib. cui titulus est, Iannis & Iambres liber inter apocrypha datus. c. sancta Romana dist. 15. de quo lib. Orig. tract. 35. in Mat. De iis magis Numenius etiam apud Euf. c. 3. lib. 9. de præpar. Plura Sixtus Sen. lib. 2. biblioth. in voce Iannes.

10. *Tu autem affecutus es*. i. probę tenes meam doctrinam. Et scis

15. *Qualia mihi facta sunt Antiochię*. De his persecutionibus Act. 13. & 14.

17. *Ad omne opus bonum* scriptura est utilis. Non ergo Scriptura laxat habenas improbitati, vt multi factis, quidam etiam verbo alios docent.

## CAPVT IIII.

**O** pportunę importunę prædica. i. omni tempore. cum occasione & sine ea. *In omni patientia & doctrina*, sine alterutra admonitio efficax non est. Erit cū homines

3. *Coaceruabunt*, quęrent. *Prurientes*, in nominatione. i. quorum aures pruriunt, ij magistros quęrent, qui aures scalpant.

5. *Sobrius esto*. Hoc Gręc. non est, nec Syr. nec in Got. Solus Velef. ad marginem apposuit *σφοδρῶς*, vnde? Alij silent.

6. *Iam delibor*, prope est vt sacrificer. morti sum proximus.

10. *Demas me reliquit*. De quo ad Colof. 4. v.

14. an & fidem? *Crescens in Galatiam*, Euseb. lib. 3. hist. cap. 4. *κρίστος ἐπίτρος γαλιλάας*, Crescens in Gal-

lias. Verum promiscuę & Galatia Asię vocatur Gallia, & nostra Gallia vocatur Galatia. Dion. lib. 37. Gallię dat nomen Galatię. Et Plur. in Galba Narbonem urbem Galatię facit. In Camillo Gallos qui Romam occuparunt, Galatas Gręc. vocat. Crescens in Galatiam Asię iuit.

13. *Penulam*, Syr. thecam librorum ait. Et quidem si *φαιόλυ* legamus Gręc. vt est in Reg. ea vox, thecam, significat & breue pallium, si autem *φαιόλυ* vt Rober. habet, vel Eras. teste significat pallium, quo ab imbre tegimur. Hier. 3. dialog. contra Pelag. lacernam seu penulam habet. *Apud Carpum*. De hoc Dio. epif. 8. vt ibi ait Georg. Pachym.

**B** 14. *Alexander ararius*, vox, ararius, polysima, quęstorem, militem, tributarium, & aris fabrum significat. Ideo Syr. & Eras. vt tollatur ambiguitas, dixerunt, ararius faber. *Multa mala mihi ostendit*, id est, intulit. sic August. lib. locution. ex Gen. citans illa verba fratrum Ioseph. iuxta Sept. multa mala ostendimus ei, psal. etiam 58. ver. 12. Deus ostendit mihi. s. vindictam intulit, Demost. etiam orat. de legation. *ἐδέρνωμι* vtitur in significatione inferendi. *Reddet*, seu reddat, vt est Gręc. & Got. Hunc Alexand. Chrylost. putat esse stimulum carnis, de quo 2. ad Corinth. 12. vers. 7.

**C** 17. *De ore leonis* sum liberatus. sic Neronem vocat ob eius sęuitiam: cui ludus erat hominum cędes. matrem, vxorem, leuitum, magistrum occidit.

18. *Liberauit*, seu liberabit, vt est Gręc. & Syr. ab omni opere malo.

19. *Saluta Priscam*, Gręci cod. variant, alij Priscam habent, alij Priscillam.

21. *Pudens & Linus & Claudia*, An Pudens & Claudia ij coniuges fuere, de quibus Marti. lib. 4. num. 14. Quam Claudiam Britannam facit lib. 11. num. 54. Caractaci Britanni Regis filiam quidam addit. De quo Tacitus lib. 12. Romam deductum ait ad Claudium Augustum. Tempora consentiunt: coniectura ex nominibus fallax.

22. *Gratia*. supple eius nempe Christi. *Vobiscum*, Got. nobiscum, sed malę.

# EPISTOLA AD TITVM.

## CAPVT PRIMVM.



**S** ECVNDVM fidem, Apostolus præpositio *κτ*, quę hęc est, multa significat, Syr. per fidem vertit, alius circa fidem. Ego ad fidem. i. vt electi credant, sum Apostolus. sic mox. *Quę secundum pietatę est*. i. ad pietatę tendit. Deus

3. *Verbum suum*. i. Euangelium manifestauit suo tempore.

4. *Secundum communem fidem*. i. Catholicam, non

priuatam. s. quę inter nos est.

5. *Vt constituas per ciuitates* *ἀσείκτους* indefinitę idem est quod per singulas ciuitates, vt Act. 14. v. 22. quod Lucas dixit *κτ' ἐκκλησίαν* interpretes vertit, per singulas Ecclesias. Ergo reliqui te Cretę, pro, in Creta, vt constituas presbyteros in singulis ciuitatibus. Per presbyteros Episcopos intelligit. Si quis sine crimine est, Aug. contra duas epistolas Pelag. c. 14. sicut dixit, si quis est sine crimine, dixisset, sine peccato, nullus in Ecclesia rectę posset ordinari minister, quippe omnes peccamus.

¶¶¶¶ iiij

¶¶¶¶

Ergo per crimen gratie & infame peccatum intellige.

6. *Non in accusatione luxuria*, ἀσωτία non luxuriam tantum, sed intemperantiam, perditos mores significat. Ergo non sint eo nomine infames.

8. *obrium*, σώφρονα, Syr. castum vertit. *Continentem*, quos 1. ad Timot. 3. v. 2. σώφρονας, i. castos vult esse Episcopos, hęc σώφρονας καὶ ἐγκρατεῖς castos & continentem, hoc est, non solum à promiscuo coitu (id enim est castum esse) sed ab vxoribus etiam abstinere. nam 1. ad Corint. 7. v. 9. quibus non se continent, nubere permittit, vbi ea vox est, & ἐγκρατεῖς absolutè positum ad gustus & tactus continentiam refertur, vt Arif. docet libro 1. Mag. Mor. Alioqui cum adiuncto iræ, gloriæ, auri continentem dicimus.

10. *Qui de circumcisione sunt*, i. ex Iudæis sunt præ cæteris inobedientes, vani. Vt dixit.

12. *Proprius ipsorum propheta*. Hic fuit Epimendes, magni olim vir nominis. Poeta vates vocatur, sic etiam propheta. Vocat proprium, quia fuit Cretensis templi Mithræ, seu solis sacerdos, scripsit oraculorum librum, vnde Paulus hæc verba sumpsit. Plut. in Solone è Creta Athenas aduocatum ait, & à quibusdam septimum inter sapientes numerari expuncto Periandro. Increpa illos, ne intendant.

14. *Iudaicis fabulis*, sic vocat cæremonias & traditiones Iudæorum.

*Omnia munda mundis*. Erant qui Iudæorum ex lege quasdam escas improbarent.

16. *Incredibiles*, ἀπιστοὶ increduli, inobedientes sunt ij homines.

## CAPVT II.

2. **P**rudentes seu casti σώφρονες sint senes.

3. *Anus in habitu sancto* seu decenti coram Deo. *Non criminatrices*, seu calumniatrices διαβολαί.

4. *Prudentiam doceant*, seu pudicitiam, vt Syr. σωφροσύνην adolescentulas.

5. *Prudentes, castas*, Syr. castas, sanctas σώφρονας ἀγνάς. *Sobrias*. Hoc Græc. non est, nec in Syr. aut in Got. solus Vel. addit ὑπαλέως vnde?

6. *Vt sobrii sint*, Syr. casti σωφροτεῖν, iuuenes hortare. Esto aliis exemplo.

7. *In doctrina, in integritate*, siue, in doctrina integritatem, grauitatem, incorruptionem, sic Græc. Ergo doctrina sit solida, non de nugis,

non infecta prauis opinionibus. Quid serui?

10. *Non fraudantes*, Syr. non fures νοσφιζομένους appropriantes. Hisp. no sisen. apparuit gratia.

11. *Saluatoris nostri*, Græc. & Syr. gratia saluti-fera ἡ σωτήριος, noster tamen legit Græc. ὁ σωτήριος, id est, Saluatoris nostri. Id ad bonum inuitat. & vt

12. *Sobriè* seu castè σωφρονέως viuamus & iustè. Qui se dedit, vt mundaret sibi

14. *Populum acceptabilem*, id est, eximium ἀρίστον, quam vocem nouam ait Hier. à Sept. introductam, quæ varia significat variis in locis. Hæc loquere.

15. *Cum omni imperio*. Non vult esse imperiosum, sed auctoritate, & sine timore docere, & regere pro potestate illi data, & vt Christi minister.

## CAPVT III.

2. **N**eminem blasphemare admone. i. de nullo obloqui, quò mutua beneuolentia fouetur. Id fiet si consideremus quales

3. *Eramus*, id mites facit, si consideremus quales nos sumus, aut antea fuimus. Cum Christus apparuit, liberauit nos per lauacrum regenerationis,

5. *Et renouationis*, siue per renouationem Spiritus sancti. Græca utroque modo verti possunt.

8. *Bonis operibus præesse*, i. bona opera exequi curent fideles.

9. *Stultas*, nihil in Ecclesia proponi vult, quod non sit ad ædificationem comparatum. Hæreticum vita,

11. *Quia subuersus est*, nulla conuersionis spe, zelotypia, amentia, hæresis, tres morbi incurabiles. sic vulgus. *Proprio iudicio* ἀποκριτῆριος ex se condemnatus, id est, manifestè, quia scilicet suum iudicium sequitur aliis omnibus contemptis.

12. *Cum misero ad te Arteman*, fuit Episcopus Lystræ. *Et tirychem*, duo eo nomine, alter Colophonis, alter Chalcedonis Episcopi, Hippolytus de Septuaginta discipulis. *Nicopolim tu veni*, Hieron. Nicopolim Epyri putat, Chryf. Nicopolim Thraciæ.

13. *Zenam & Apollo sollicitè promitte*, ἀετιμολογῶν deduc illos, assiste illis, vt nihil eis desit, viaticum habeant.